

Item ager similis subcisius est, qui non assignatus
 Republicæ, populoq; aut coloniæ, cuius fine circun-
 datur, remanet in eius potestate, qui assignare potue-
 rit, hoc est, principis. Vnde inter XIII. controuera-
 siarum genera illa uel præcipua est, quæ de subcisiis
 agris oritur.

F I N I S.

LOCA SVE TONII PER ERASMVM RESTITVTA.

ERASMVS ROTERODAMVS

candido lectori S. D.



VM hanc editionē iam ador-
 nassem, cōmodū allatus est
 Suetonius, Aldinis typis excu-
 sus, sed emēdatus opera Bapti-
 stæ Egnatij, uiri cū primis tū
 integri, tū eruditii: nā utrung;
 iuxta requirendū arbitror in
 eo queterū lucubrationes emendandas aut explican-
 das suscipit. Evidem Aldi mei mortem, hoc fero mo-
 deratius, q; in hac restituendi bonos autores prouina-
 ciām successerit, qui demortui per se clari gloriā ob-
 scuret: si tamē hoc est obscurare, uirtute uirtutē uina-
 cere.

670 ANNOT. IN C. SVE. TRAN.
cere. Atq; utinam ut Suetonium, Aurelium Victorē,
& Eutropium dedit, it idem et Aelium Spartianum,
ceterosq; huic adiūctos nobis dedisset, in quibus nos
permulta restituimus. Nam omnia, qui poteram, nisi
codicum antiquorum auxilio adiutorū? Tametsi & in
Tranquillo nonnulla restituimus quae Egnatium licet
oculatissimum suffugerant. Velut in Cæsare Dictā-
tore Capite decimo octavo.

Eodem modo Nonium Questorem,
quod compellari apud se maiore potesta-
tem passus esset. Modo, expunximus ex fide uetus
stibimini codicis. Siquidem eodem hic aduerbum est,
ut subaudiatur coniecit. Sunt hoc genus & alia nonnul-
la, sed minutiora, quam ut opere preicum sit sigilla-
tim recensere. Ceterum quod in Othonē Egnatius le-
gendum putat, Τί γάρ μεσθ Εἰ τοις μακροῖς &
λοῖς & υλεῖς, ab illo dissentio, quod hæc ferè uerba
Seroaldus ab erudito quodam admonitus ex Dione
huc transtulerit. Neq; variant hic quæ uiderim exem-
plaria. Tantum in nonnullis pro ἀντοῖς uiciatu erat
ἕστιλοις. Legendum igitur haud dubiè Τί γάρ μο-
νῆ μακροῖς & λοῖς, id est, quid mihi cū longis tibijs?
Qua de re copiosius nobis dictum est in Adagiorū
Chiliadibus. In Caligula pro Nec dicidi finem factū,
restitueramus exemplari peruetusto, Nec licendi si-
nē factum: etiamsi post comperi locū hunc à Budæo
nostrō

nostro correctum in Aſſe. Hoc admonere uifum eſt,
quò plus ponderis habeat Budæana caſtigatio, quā
quam ea nullius uetusti codicis præſtur autoritatem.
Porro quod in Auguſto legitur: Δότε κερόtop, οὐδὲ
τάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς τι ποιεῖτε, Id eſt, date
plauſum, et omnes uos cum gaudio quippiam facite.
In quo et Egnatiuſ hallucinatus eſt: ego, ni fallor, et
unus et primus reſtitui, idq; ex qualibuscung; ueſti-
gijs antiquissimi codicis. Legendum igitur ad hunc
modū: Δότε κερόtop, οὐδὲ τάντες ὑμεῖς μετὰ χα-
ρᾶς κτυπήσατε. Id eſt, Date plauſum, et uos omnes
cum gaudio plaudite. Eſt enim uerſus Trochaicus.
Præcesserat autem in exemplari nostro et alter huic
ſimilis Trochaicus, aut certè hemiſtichion, ſed figu-
ris elementorum adeò deprauatis, ut quid scriptum
eſſet, non quiuerimus coniucere. Iam quod eſt in Ve-
ſpafiano, ὁ λάχης λάχης, οταρ & ποθάνης, θύεις
ἢ ὑπαρχῆς ἐιρήση κέρυκος. Si quid suffragaren-
tur exemplaria, lubens legerim ad hunc modum, ὁ
λάχης λάχης, οταρ Δαποθάνης, θύεις ἔαση κέρυ-
κος. Id eſt, O Laches Laches, At ubi mortuus fue-
ris, rursus eris Cerylus, ut ὁ λάχης λάχης ſit clau-
ſula prioris carminis, cui ſuccedit integer Iambicus
trimeter, tametsi hac de re nolim contendere. Cate-
rūm de nummorū analogia, ſi quid à Budæo diſen-
tit Egnatiuſ, Portium ſuum ſecutus, quòd nobis nec
otium

672 LOCA SVE. PER. ER.A.S. RE.

otium suppetebat, nec ad hunc laborem propriè pertinebat, non fuit studium excutere. Addidimus autem indicem, quo potissimum annotauimus, si quid nouè, præterq; superiorum autorum consuetudinem, aut si quid etiam Græcanicè dictum est, ne nihil sit lucri, quod lectorem ad emendum inuitet. Nec hoc tamen solum accedet, quin et quicquid adiecit Egnatius, hic habes, & præterea nonnulla, quæ nos soli etiam restituimus. Bene uale charissime lector, & hisce nostris laboribus se liciter fruere. Anno M. D. X V I I.

ANNOT-